Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

τοσταύλου εἰς ἕνα τῶν δύο λόχων τοὺς ὁποίους σκέπτεται νὰ μετακαλέσῃ ὁ καπετάνος Κρήτης. 1375, Δεκεμβρίου 20.

11

Εἰς τοὺς συντρόφους τοῦ καπετάνου Κρήτης αἱ ἀπολαβαὶ καὶ αἱ ὠφέλειαι περιορίζονται εἰς τὸ τέταρτον ἀντί, ὡς μέχρι τοῦδε, τοῦ ἡμίσεως, τὸ ὁποῖον ἀπέδιδε εἰς αὐτοὺς καθ' ὑπερβολὴν πολλά. Οἱ δὲ καπετάνοι ὀφείλουσι νὰ ἐξετάσωσιν ἐπιμελῶς τί εἰσπράττεται παρ' ὅλων καὶ πρὸ πάντων παρὰ τῶν Ἰουδαίων. Οὕτω τὸ δημόσιον δὲν ἐξαπατᾶται καὶ θὰ εἰσπράττῃ τὰ δικαιώματά του. 1376, Ἰανουαρίου 14.

Ἐν συνεχείᾳ περικόπτεται ὁ μισθὸς τοῦ νοταρίου τοῦ καπετάνου, ἕνεκα τῶν μεγάλων ὠφελειῶν του. Αὐθημερόν.

F° 77r Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Januarij.

Quia per ea que habentur clare socij capitanei Crete per multos et diuersos modos et uias percipiunt multa lucra et utilitates ultra salarium suum, de quibus commune nostrum habet solum medietatem et reliqua medietas est dictorum sociorum, que medietas est maxime utilitatis; uadit pars pro bono communis quod de cetero tres partes totius utilitatis quam percipiunt dicti socij ultra suum salarium ueniant in nostrum commune et quartum solum sit dictorum sociorum nam per hunc modum bene et optime stabunt et habebunt merito contentari. Et debeant capitanei Crete inquirere diligenter de eo quod exigitur ab omnibus et specialiter a Judeis ita quod commune nostrum non fraudetur set habeat drictum suum. De parte 19—de non 34—non sinceri 14.

Capta. Preterea cum notarius capitanei Crete solitus sit habere unam pagam peditum sine qua ualde bene stare et uiuere posset, quia ultra illam pagam habet et percipit lucra et utilitates multas; uadit pars pro bono communis quod dicta paga ueniat in nostrum commune non dando ipsam propterea alicui alij ullo modo. De parte 56—non 15—non sinceri 2.

12

Διατάσσονται οἱ σοπρακόμιτες τῶν ἐν Κρήτῃ ἐξοπλιζομένων κατέργων, ὅπως τὴν προσεχῆ Κυριακὴν πρὸ τῆς 3ης (ὥρας) ἐπιβιβασθῶσι τῶν κατέργων καὶ νὰ μὴ ἀποβιβασθῶσι ἄνευ διαταγῆς τῆς κυριαρχίας. Εἰς τοὺς παραβάτας ἐπιβάλλονται ποιναί. 1376, Ἰανουαρίου 29.

F° 79r Millesimo trecentesimo LXXV, die XXVIIII Januarij.

Capta. Quod mandetur supracomitis galearum armandarum in Creta quod die dominica proxima ante tercias se reducant ad galeam et inde non recedant sine licencia dominij et debeant omnino recessisse die predicta de nocte sub pena ducatorum quinquaginta pro quolibet in suis bonis et pro quolibet die qno starent ultra dictum diem, de qua pena non possit fieri gratia sub pena ducatorum centum pro quolibet ponente uel consentiente partem in contrarium et hec com-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ